

Johann Gottlieb Möller Christian Gottlieb Rosenberg


De Seculi IX. Scriptoribus Ecclesiasticis, Philosophis, Ictis, Medicis, ac Philologis; & Seculi X. Scriptoribus Ecclesiasticis, Philosophis, ac Ictis, Ex Chronologico Illustris Viri, Hermanni Conringii, de Universae Eruditionis a N. C. Propagatione, Eiusdemq[ue] Scriptoribus, Commentario, Nunc Primum e Msc. A Se Editio, in Disputatione Philologico-Philosophica, d. XIII. Martii A. C. M DC. XCIIIX. In Maximo Athenaei Gedanensis Auditorio, Jesu Gratia Moderante, Solenniter instituenda, placide disquiret,

Gedani: Stollius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796463603>

Druck Freier  Zugang





B6-1053^{1-31.}

2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
16.
17.
18.
30
22.
24.

Ex
Bibliotheca
Academicae
Rostochiensis



11.

DE
SECULI IX.

SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS,
PHILOSOPHIS, JCTIS, MEDICIS,
ac PHILOLOGIS;

&

SECULI X.

SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS,
PHILOSOPHIS, ac JCTIS;
EX CHRONOLOGICO
ILLUSTRIS VIRI,

HERMANNI CONRINGII,

de UNIVERSÆ ERUDITIONIS à N. C. PROPAGATIONE,
EJUSDEMQUE SCRIPTORIBUS, COMMENTARIO,
NUNC PRIMUM è MSC. A SE EDITO,

in

DISPUTATIONE PHILOLOGICO-PHILOSOPHICA,

d. XIII. Martii A. C. M DC. XCIIX.

IN MAXIMO ATHENÆI GEDANENSIS AUDITORIO,

JESU GRATIA MODERANTE,

Solenniter instituendâ, placidè disquiret,

PRÆSES

JOH. *Gottlieb* MOLLERUS,

D. PP. D. & Bibliothecarius.

Respondente

CHRISTIANO *Gottlieb* ROSENBERG/ Gedanensi,

Nobilissimi Dicasterii Alumno.

GEDANI,

Typis JOHANNIS-ZACHARIÆ STOLLII.

16.
17.
18.
30
29
22.
24.

VIRIS:

ILLUSTRIBUS;

GENEROSIS, PERMAGNIFICIS, MAXIMEQUE STRENUIS;

DN. JOH. ERNESTO SCHMIEDEN;

S.R.M. BURGGRABIO ET PRÆCONSULI;

DN. GABRIELI SCHUMANNO,

PRÆCONSULI, ET h. t. PRÆSIDI;

DN. DANIELI Schlieff;

DN. BARTHOLOMÆO VEDDERSEN;

DN. CONSTANTINO FREDERO;

DN. REINHOLDO WIEDER;

DN. DANIELI NIMSGART;

DN. ANDREÆ Borchman;

CONSULIBUS;

PATRIBUS PATRIÆ, DE RE ET PUBLICA ET LITERARIA IMMORTALITER MERITIS, HODIEQUE MERENTIBUS;

Nec non

NOBILISSIMIS, SPECTATISSIMIS, INTEGERRIMIS;

DN. CYPRIANO Sanffleben;

DN. SALOMONI Wahl / Juniori;

DN. CAROLO ADOLPHO FERBERO;

DN. JOHANNI ERNESTO Schmiedt;

PATRICIIS ET NEGOTIATORIBUS PRÆCIPUIS, CENTUMVIRIS DIGNISSIMIS, UT ET CAPELLÆ MARIANÆ ANTISTITIBUS VIGILANTISSIMIS;

DOMINIS PATRONIS ET MÆCENATIBUS, OPTIMIS MAXIMIS; FAUTORIBUS AC PROMOTORIBUS BENEFICENTISSIMIS;

Pagellas hæc Philologico-Philosophicas, sub spe ulterioris sui studiorumque suorum commendationis, cum ardentissimo absolutissimæ prosperitatis voto, submisso consecrat cultu

TANTORUM NOMINUM

Clientis devinctissimus

Christianus Gottlieb Rosenberg / Ged.

SECVLI IX.

CAPUT. I.

De

SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS

I. Sæculo hoc tota GERMANIA, Christianam Religionem, relicta avita idololat^{ria} accepit, curante id ipsum cumprimis CAROLO M. qui latissime per Germaniam, Galliam, & Italiam, Cæsareo adjecto titulo, imperitabat. Sic factum, ut per Germaniam & Galliam multa monasteria Ordinis S. BENEDICTI construerentur, quæ seminaria tunc fuerunt Religionis juxta ac Eruditionis.

II. Ex his Monasteriis prodierunt CAROLI M. ætate: *USUARDUS*, Monachus Gallus, *ALCUINI* Discipulus, *Martyrologii* Auctor. S. *LUDGERUS*, Frisius, ex Monacho Werthinensi seu Werdensi Episcopus primus Monasteriensis, *Vitæ S. SVITBERTI* Auctor.

III. Ætate LUDOVICI PII, *PASCHASIUS RADBERTUS*, Abbas Corbejenfis; *RABANUS MAURUS*, ex Abbate Fuldenfi, Archiepiscopus Moguntinus, apud GERMANOS; In GALLIIS verò *CLAUDIUS* Scotus, *JONAS*, Episcopus Aurelianensis, *AMALARIUS*, Episcopus Trevirensis, *FRECULFUS*, ex Monacho Episcopus Lexoviensis, *HILDUINUS*, Ab-

bas

16.

17.

18.

30

29

22.

24.

bas S. DIONYSII Parisiensis, & THEODULPHUS, Aurelianensis Episcopus floruerunt.

IV. Ætate LIBERORUM LUDOVICI PII, vixit in GERMANIA: STRABUS, Fuldensis Monachus, RABANI discipulus, & Auctor *Glossæ*, quæ dicitur *Ordinaria*, in universa Scripturam; HAYMO, Episcopus Halberstadiensis, WALAFRIDUS STRABO, Augiensis Abbas. In ITALYANIA claruit unus, EULOGIUS, à Saracenis trucidatus; in GALLIA verò ANGELOMUS & CHRISTIANUS DRUTHIMARUS, Monachus, nec non HINC MARUS, Remensis Episcopus, nobili Francorum stirpe ortus, in aulicis Regni negotiis ætate LUDOVICI PII ejusque FILIORUM versatissimus. ITALIA denique hoc seculo habuit NICOLAUM I. Pontificem.

V. Habuit hoc seculo etiam unum atque alterum GRÆCA ECCLESIA. Initio quippe seculi vixit NICEPHORUS, Episcopus Constantinopolitanus; Medio seculo inprimis floruit PHOTIUS, & ipse Episcopus Constantinopolitanus, Vir ingentis eruditionis, imo tum, eruditionis iis in locis collapsæ restaurator, ut patet ex ipsius Libris, *Nomocanone* nimirum & *Bibliotheca*. Æqualis huic & adversarius fuit NICETAS DAVID, qui & ipse nonnulla scripsit, doctrinâ tamen multo est inferior.

PHILOSOPHIS.

I. **H**Oc seculo, Philosophica studia, una cum liberaliori eruditione, post ducentorum annorum exilium, cœperunt passim per totum terrarum orbem reflorescere. Nam primò quidem in ASIA, SARACENI, ad excitanda literarum studia, quorumlibet hominum industriam ingentibus præmiis excitaverunt, inter quos hoc nomine cum primis commendatur *MALMON*, qui, præterquam, quod ipse Mathematicis studiis valdè inclaruerit, omnis generis scripta, græca ac latina, in Arabicum sermonem transferri curavit. Ejus æmulatione, & Constantinopolitani Imperatores per *LEONEM* quendam Philosophum, curantibus id ipsum cum primis *BARDA*, *MICHAELIS* Imperatoris impuberis tutore, & eo, quem ante laudavimus, *PHOTIO*, Philosophica studia, quæ aliquot annis tantùm non sepulta fuerant, cœperunt revocare in publicas Scholas, quam historiam, cum primis memorabilem, legere est apud *ZONARAM*.

II. Jam ante hos, *CAROLUS M.* Lutetiæ Parisiorum Scholam bonarum artium publicam ab Anglis nonnullis Monachis curaverat institui, pro illius ætatis captu sanè nobilem. Idem verò etiam ubivis terrarum
Impe-

16.

17.

18.

30

29

22.

24.

25

Imperii sui, numerosis ac opulentis exstructis Monasteriis ac Episcopalibus Sedibus, totidem Scholas Philosophiæ meliorisque Eruditionis erexerat.

III. Igitur in ASIA inter SARACENOS *ALHASENUS*, nobilis ille Opticus circa A. DCCCXXX; *ABU-MAZAR ALPHARABIUS*, Babylonius, circa A. DCCCLX. maximi inter suos nominis Philosophus; sub finem denique Seculi *ALBATEGNIUS*, Araçtâ Mesopotamiæ urbe oriundus, nobilis Astronomus, vixerunt.

IV. EX GRÆCIS autem LATINISQUE, nemo nomen aliquod meruit, Philosophia apud utrosque adhuc in tyrociniis hærente.

CAPUT III.

De

JCTIS.

I. **E**T si hoc seculo in RELIQUIIS IMPERII CONSTANTINOPOLITANI observatæ sint *Leges Justinianæ*, qui tamen eo nomine claruerit, nemo reperitur. In OCCIDENTE quidem nullus istis Legibus fuit locus, CAROLI M. tamen auspiciis, Leges ac Consuetudines FRANCORUM, BURGUNDIORUM, ALEMANNORUM, BOIOARIORUM, SAXONUM, FRISIORUM, THURINGIORUM & LONGOBARDORUM recensitæ sunt ac scriptis traditæ, quibus aliquot seculis gentes Germaniæ, per Italiam, Galliam, ac Germani-

maniam, in foro uſæ fuère. Exſtant autem illæ hodie-
que editæ cum BASILII HEROLDI & FRIDERICI LINDE-
BROCHII NOTIS.

II. CAROLI M. Filius LUDOVICUS Pius, Canones
Eccleſiaſticos ab Episcopis Galliæ & Germaniæ fecit in
unum colligi corpus & emendari. Eodem tempore
Constantinopoli PHOTIUS Patriarcha *Nomocano-*
nem ſcripſit, quo Juris Canonici compendio, omnibus
poſtea ſeculis, uſque in hæc tempora, Græca Eccleſia
eſt uſa.

CAPUT IV.

De

MEDICIS.

EX hoc Seculo nullum Medicum ſcriptum nos qui-
dem habemus, florere tamen Medicina cœpit im-
primis apud SARACENOS, ſive ARABES in ASIA. Et qui-
dem ab ABRAHAMO ZACUTHO laudatur JOHAN-
NES MESVE, Damascenus, aliique, quorum no-
mina quidem ſunt clara, ſcripta tamen ad nos nulla
pervenerunt, cùm & MESVE hic, longè alius ſit ab
eo, qui nobis eſt hoc nomine cognitus.

CAPUT V.

De

PHILOLOGIS.

I. Hoc

I. Hoc Seculo habuit OCCIDENS HISTORICOS nonnullos, pro captu illius ætatis satis nobiles: *EGINHARDUM*, Caroli M. Cancellarium & Vitæ Scriptorem; *NITHARDUM*, ejusdem CAROLI Nepotem; *ADELHARDUM*, ejusdem CAROLI propinquum & Consiliarium, mox Abbatem Corbeiaë utriusque Gallicæ & Germanicæ, qui scripsit libellum *de Ordine Palatii*; nec non *FRECULFUM*; Medio seculo *ANASTASIUM* Bibliothecarium, qui *vitæ Romanorum Pontificum* primus descripsit; atque *AIMONUM* *Historiæ Francicæ* Scriptorem sol vidit. Sub Finem Seculi *ADO*, Wiennensis Episcopus vixit.

II. POETICA hæc ætate, & multo post tempore, valdè fuit rudis, uti etiam ORATORIUM studium, quare non est, quod quenquam eo nomine hic memoremus. Non tamen possumus non meminisse illius *ANONYMI POETÆ*, qui CAROLI M. vitam descripsit, à *REINERO REINECCIO* hic quondam editam, ac luculento commentario illustratam. Neque enim debuit ille fortassis silentio præteriri, saltem, quòd primus sit inter Saxones, qui carmine aliquid scribere tentaverit.

SECVLI X.

CAPUT I.

De

SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

I. De

I. **D**E decimo Seculo merito dicere possumus cum Cardinale BELLARMINO: *Vide Seculum infelix, in quo nulli Scriptores illustres, nulla Concilia, Pontifices parùm solliciti de Republica, sed divina Providentia fecit, ut nullæ surgerent hæreses novæ.*

II. Scriptorum certè Ecclesiasticorum nullum licet in medium proferre, præter dictum nescio quem ANONYMUM IDIOTAM, RADULPHUM, Flaviacensem, STEPHANUM Leodicensem, & MOSEN BARCEPHAM, Episcopum Syrum; admodùm minutulos profectò Scriptores, nisi fortasse & LEONEM SAPIENTEM, Constantinopolitanum Imperatorem, quis huc velit trahere, cujus sunt *Epistola pro Christianâ Fide ad Imperatorem Saracenicum, & nonnullæ Orationes.*

CAPUT II.

De

PHILOSOPHIS.

I. **F**Loruisse hoc Seculo imprimis apud SARACENOS meliorem Philosophiam certum est, nec tamen quenquam, cujus scripta ad nos pervenerint, possum equidem laudare. Unus notus est, qui vulgò ALBUMASAR audit, nihil tamen minùs quàm Philosophus verus, Astrologicæ autem vanitatis maximus Auctor.

II. Par ratio est PHILOSOPHORUM GRÆCORUM, qui & ipsi profectò non fuère nulli sub LEONE & CONSTANTINO, Impe-

16.

17.

18.

30

29

22

2

24.

18

Imperatoribus literatissimis, quorumque ille *Philosophi* nomine dici ipsemet voluit. Habemus tamen & ipsorum horum Imperatorum Scripta, ad civilem prudentiam, & militarem imprimis artem pertinentia, quæ JOHANNIS MEURSIÏ industriæ debemus.

III. IN OCCIDENTE usque adeò tenuis fuisse videtur Philosophiæ cognitio, ut integro hoc Seculo Scriptum aliquod Philosophicum nemo potuerit elucubrare.

CAPUT III.

De

JCTIS.

I. **H**OC Seculo alia cœpit ratio Jurisprudentiæ, etiam in CONSTANTINOPOLITANO IMPERIO. Abrogato enim *Corpore Justinianæo*, LEO PHILOSOPHUS sive SAPIENS, Imperator, primum *Novellas*, mox βασιλικῶν, sive *Regiarum Constitutionum* Libros LX. promulgavit. Fallitur verò THEODORUS BALSAMO, quique hunc sequitur, CUIACIUS, eodem tempore *Nomocanonem* à Patriarcha PHOTIO fuisse editum, autumantes, utpote cum hic floruerit Imperatore MICHAELE cum Matre THEODORA. LEONIS Filius, CONSTANTINUS PORPHYROGENNETUS, eosdem βασιλικῶν, Libros recognovit, quo factum est, ut ipse credatur primus eorum promulgator; idem quoque Photii *Nomocanonem* sua iterum auctoritate edidit recensitum.

II. IN OCCIDENTALI IMPERIO nihil magnopere innovatum in Legibus à CAROLO M. superiori Seculo promulgatis.

ADDITAMENTA
declarando Auctoris Textui inservitura.

I.

CAROLI MAGNI in Ecclesiam & Literas merita, more suo, i. e. nervosa cum brevitate adumbravit MORHOFIUS in *Historia universali à N. C. usq̃ ad nostra tempora MSC.* scribens: *Seculo IX. Literæ in mediâ barbarie lucem aliquam spargere, quanquam debilem cæperunt, causam eorum pro virili agente CAROLO, qui omnes Herois sagati & togati virtutes complexus est, ac primus signum sustulit, quod secuti sunt postea tum barbaræ ab illo devictæ Gentes, tum alii quoque Populi illius imperio non subjecti. Laudabili itaque consilio CAROLUS, & Regis & Episcopi & Doctoris munere functus est, institutis Scholis & Ecclesiis, quibus de amplissimis redditibus prospexit, quos ignavi postea Nepotes in pigros Monachorum ventres impenderunt, aliosque civilis & militaris ordinis homines, qui hæc non sibi destinata novalia tanquam pingvem aliquem fundum occupârunt. Conf. Augustana Confessio Artic. VI. in Abusibus? §. quid fiebat; v. Auctorem S. IX.*

II. Relationis de JOHANNA PAPISSA veritatem historicam, si nullum aliud probaret argumentum, auctoritas ANASTASII BIBLIOTHECARIi sufficienter evincit. Hunc autem suo de *Vitis Pontificum* operi, eandem inseruisse, si non aliunde id constaret, vel ipsa MOGUNTINORUM Editorum fraus, quâ universo imponere orbi non dubitârunt, adstruere posset. Sic autem de illâ BOECLERUS in *Historia Seculi IX. p. 117: Meditabatur & Salmasius aliquod Scriptum de hoc argumento (Johannâ Papisâ) cujus Viri narrationem, quam asseverabat mihi, liceat hic obiter apponere. Aiebat, se Heidelbergæ agente & incomparabili isti Bibliotheca operam dante, factum esse, ut Moguntini Anastasium Bibliothecarium edituri duos codices MSC. à Serenissimo Electore peterent, acciperentq̃.*
Qui.

16.

17.

18.

30

29

22.

2

24.

18


Additamenta, declarando Auctoris Textui inservitura.


Quibus remisfis adjuncta fuisse aliquot exempla nove Editionis, in quibus Historia Johannis sœmina ex MSC, bona fide expressa erat. Id cum aliqui mirarentur, apud cœteros ortam suspicionem, dedisse occasionem, ut in cœtera exempla per officinas Bibliopolarum inquireretur; tum fraudem manifestam fuisse, dum omissa deprehenduntur in omnibus, quæ paucis inserta diximus. Et de re clarissima memoria Virum, Marquardum Freherum, Epistolam ad Amicum exarasse, quam in aliquot Bibliothecis reperiri dicebat Salmafius. Confirmat hæc BLONDELLUS ipse, scribens: Cum Marcus Velferus ex præcipuis Augustæ Magistratibus misisset anno 1601. ad Jesuitas Moguntinos Manuscriptum Anastasi, ut prælo committeretur; rogârunt Marquardum Freherum, Electoris Palatini Consiliarium, ut Symbolam huc conferret, polliciti, se bonâ fide publico daturus, quod cum ipsis fuisset communicatum. Misit itaq; duo Manuscripta Anastasi, in quibus extabat Papisse vita. At illi duo tantum Exemplaria ejusmodi curaverunt excudi, & in reliquis omnibus Exemplaribus suppresserunt, quod habebant Palatina Manuscripta, adeo, ut illud in publicum non existerit, & necessitas Frehero imposta sit conquerendi edito Libello, in speciem Manifesti, ut vocant, fraudis adversus ipsum commisse. Facti hujus fidem in dubium vocare nullus cogito, affirmantibus id tot viris, quos eo loco habeo, ut, nisi mei oblitus, atq; eorum existimationi, maximeque virtuti injurius, eo devenire non possim. v. Auctorem S. IX. C. 5. n. 1.

COROLLARIA PNEUMATICA.

- I. Attributa divina, Operativa pariter ac Non-Operativa, & ex Ratione & ex Revelatione possunt adumbrari.
- II. Quæ ex Ratione depromitur consideratio, plurimis imperfectionibus subjecta est.
- III. Neque tamen tantæ sunt imperfectiones hæ, ut negari profus debeat Attributa divina ex Ratione posse adumbrari,

S. D. G.







...ntia in mulieribus, sive de erudita scientia in-
...t, sive quod verisimilius est, de naturali inge-
...a tamen nulla audacior esset dicta a quoquam
...vincere erroris ac temerarii asserti possint vide-

XVI.

...dum ad ipsum, quanquam tenuem & rarum
...orum recensum altera Dissertatione progredi lice-
...superest, cum nequidem ad sacra studia legis-
...mulieres admittere velint suas Judæorum Docto-
...r magnum aut qualemcunque saltim profanæ
...atum ab iisdem nobis promittamus; præsertim,
...alieno sit animo tota gens Ebraeorum a doctri-
...eratura Græca Latinaque non modo humaniori
...osophia addiscenda, satis superque constat, &
...die certe, discedas, uti vix millesimus quisque
...os cætera Judæos vel prima elementa aut sa-
...rudimenta teneat, nemini cum ipsis con-
...esse potest; magno quidem suo suæque con-
...is impedimento & singulari, ut arbitror, di-
...icio, quo fieri solet, ut quæ a nostris adversus
...nque scribuntur, (non satis laudabili consilio)
...clausorum Librorum, ut prædictum est ab Es-
...sint, quos nec evolvunt ac legunt nec legere
...inus intelligunt aut in animum admittunt; At
...nationis dedecore, quippe quorum sapientiam
...n orbi ad invenienda disciplinarum variarum se-
...a eadem præluxisse non postremæ sortis Viro-
...sententia scriptis haud proleteriis comprobata;
...et Judæis, quorum aliquis omnem sapientiam
...ganorum לקט ופיאה שהניחו להם חכמי

